









1680.

1. <sup>2</sup> Beckmann, Joh. Volk: De imperitia et infirmitate  
2 Saep. 1680 i 1746.
2. <sup>2</sup> Beckmann, Joh. Volk: De aestimio . . . 2 Saep.  
1680 - 1720.
3. Falckner, Joh. Christophorn: De gratia seu jure  
aggratiandi.
4. Falckner, Johann Christoph: De jure prohibendi.
5. Falckner, Joh. Christophorn: De injuria pascuam  
erga lteros.
6. Frieren, Johannes Benckardts: De licentia civitatis.
7. Jacobs, Johannes: Specimen differentiarum juris civilis  
Romani et statutaris liberae S. R. I. ~~imp~~ reipublicae  
Munensis
8. Jacobs, Johannes: De lactu.
9. Fessen, Matthias: De novatione in specie sic dicta
10. Fessen, Matthias: De praerogativa creditorum  
in pigore.

1680.

- 11<sup>a et</sup><sub>2</sub> Kaeppfer, Trachinus : Tus appalsus 2 Sempt.
12. Kaeppfer, Trachinus : Lex regula [1.] l. f. feminat [2.]  
et l. eius [3.] h. t. ut. ff.
13. Kaeppfer, Trachinus : De augmento. Continetio alt.  
partis specialis membrum II. De juris augmentorum,  
extra causam dominii, qualis habet Leo.
- 14 Kaeppfer, Trachinus : Colori partiaris iura.
- 15<sup>a et</sup><sub>2</sub> Lynckerus, Nicol. Christoph. : De fendo pecuniarum  
2 Sempt. 1680 : 1725.
- 16 Lynckerus, Nicol. Christoph. : De fideicommissorum  
universalibus.
- 17<sup>a et</sup><sub>2</sub> Lynckerus, Nicolaus Christophorus : De potestate  
eminente principis in iudicis. 2 Sempt. 1680 : 1731.

COLONIPAR-  
TIARII JURA, <sup>1680, 14</sup>

Divinâ annuente gratiâ, <sup>17</sup>

ac permissu

MAGNIFICÆ FACULTATIS  
JURIDICÆ,

in

Celeberrimâ Academiâ Jenensî,

PRÆSIDE

DN. JOACHIMO Bämpffer / J. U. D.

die Julii ANNO MDC LXXX.

*placido Eruditorum examini  
publicè subiciet*

A. & R.

CHRISTIANUS Schulz/  
Gustrov. Mecklenb.

---

J E N Æ,

Literis Joh. Jacobi Bauhoferi.



COLONIAR.

TIARII JURA,

Divini annuente gratia,

MAGNIFICÆ FACULTATIS

JURIDICÆ

Collegii Academiae Jurensis

PRÆSIDE

DN. JOACHIMO Gumpfer J. U. D.

die Juhii ANNO MDCLXXX.

CHRISTIANUS SCHMIDT

J. N. M.  
Lictors Joh. Jacobi Bartsch







I. N. J.

DE

# COLONO PARTIARIO.

Th. I.



ocationem & conductionem, secundum suam, quam ex legibus habet naturam, cum Vinn. ad princ. Inst. de locat. Cond. & Ludvv. Exerc. Justin. 13. th. 5. ita definitio. Locatio & Conductio est contractus consensualis, quo usus rei, vel opera, pro certa mercede conceditur.

Definitio locationis & conductionis.

Th. II.

Sic definita locatio, vel ex re locata, vel ex mercede constituta, vel ex modo locationis, aliisque accidentibus, & qualitatibus, varie dividitur; Mejer. in Coll. Arg. tit. locati th. 5. Ego ex illa divisione, qua ratione constituta mercedis, alia Nummaria, alia Pecuniaria, alia Partiaria dici solet, (vid. Wesenb. in ff. locat. n. 7.) Ultimam Partiariam nempe Locationem, praesentem exponere, in eoque publicum habere disputandi exercitium constitui.

Divisio ejusdem.

Thema Disputationis.

Th. III.

Inscripti autem disputationem, Colonum Partiarium, quod ad eum, ejusque jura, proposita locationis partiarum potissimum spectet materia; tum quod Coloni pro fructuum parte, fundos plerumque conducere, & horum con-

Locatio & Ratio inscriptionis.

A

con-

conductores Coloni dici soleant; tum quod *partiararia loca-*  
*tionis* mentionem, & nomen nusquam in jure, bene tamen  
*Coloni partiararii* expressum invenerim, l. 25. §. 6. ff. locat. cond.  
unde & talem locationem *partiarariam* Dd. vulgò nominare  
solent, inducti præterea arg. l. 8. C. de Past. ubi *pecora part-*  
*iararia* dicuntur, d. l. 25. §. 6. ff. locati, ubi *Colonus partiararius* vo-  
catur. Cæterum quamvis secundum originem suam, Co-

*Coloni vox.* *loni* vox ad agrorum culturam, prædiique rustici condu-  
ctorem & cultorem vulgò referatur, in eoque sensu *inquili-*  
*no* opponatur, l. res pignoris 37. ff. de acquir. poss. ; speciales tam-  
en alias, easque varias sustinet acceptiones, ut puta cum  
colonum accipimus (1) Civem honorarium, (2) Adscriptum,  
(3) Originarium (4) Censitum (5) Simplicem,  
(6) Partiarium de quo solo hac disputatione agere con-  
stitui. Et *Partiararius* quidem, *ein Halb Bauer* / dicitur  
à *partiando*, id est, dividendo, quod in dividenda futura  
fundi utilitatis, lucri & damni, *zusstehend und fallender*  
*Nützung* q. societatem assumatur, Tabor. de jure soci. c. 2.  
n. 8. Idem, de admodiat. membr. 2. c. 5. n. 1. quomodo in l.  
*pascenda* 8. C. de past. pecora partiararia pascenda traduntur,  
ut eorum factus portionibus quibus placuit, inter dominum  
& pastorem dividantur. Unde & *pastor partiararius* vocatur  
is qui utilitatis partem demeretur. Petr. Gregor. Tholos.  
Syntagm. lib. 18. c. 24. n. 2. Similiter *legatarius partiararius*  
vocatur, cui pars hæreditatis est relicta. §. 5. Inst. de fidei-  
commissar. heredit. vers. ille autem qui &c.

Th. IV.

*Locatio &*  
*Conductio*  
*partiararia*  
*quid?*

Est autem *Locatio & Conductio Partiararia*, locationis &  
conductionis contractus, eo modo initus, ut mercedis seu pensionis loco  
certa quotannis fructuum perceptorum detur quantitas; de quali  
locatione, refert Plinius lib. 9. Epist. Necruæ 37. Non sum-  
ma, seu unum, sed partibus locavi. Et huic convenien-  
ter

ter *Locator Partiarus* est qui ita locavit prædium rusticum, ut *Locator*  
partem fructuum in eo nascentium, pensionis nomine acciperet. *partiarus*  
Conductor, sive *Colonus partiarus*, est, cui usus prædii rustici, pro certâ *quis?*  
in eò nascentium fructuum parte præstandâ, est concessus l. 25. §. 6. loc. *Colonus par-*  
sive ut Cujacii voce utar, *Partiarus* est qui, partem fructuum *tiarius quis?*  
confert domino, partem sibi reservat. **Der den Acker um einen**  
**gewissen Theil Frucht / als um die Helffte bestellet.** *Struv.*  
*Syn. Jur. Civ. Exerc. 24. th. 5.* Quod si tamen quis operas  
ad agrum vel vineam colendam hæc lege promittat, ut cer-  
ta fructuum in agro nascentium pars, mercedis vice à  
domino præstetur, contractus erit innominatus, non loca-  
tio & conductio *partiaris*, nec enim sufficit, ut portio fru-  
ctuum mercedis loco præstetur, domino, pro usu fundi loca-  
ti. Hoc casu opera locatur, ut pars fructuum non à Colono,  
sed a Domino præstetur, qualis innominata est conventio,  
*facio ut des.* Confer th. 12.

Th. V.

*Causa efficiens* hujus locationis est voluntas contrahen-  
tium, quâ ita inire contractum initio placuit *pr. l. de Obl. ex*  
*conf. l. consensu 2. de O. & A. l. qui admittitur 19. l. plano si 37. ff.*  
*pro soc.* isque vel *expressus*, uti in omni primâ locatione &  
conductione, vel *tacitus*, uti in reconductione, si colonus  
*partiarus* finito contractus tempore, in fundo accepto  
remanferit, domini scientis accedente patientiâ, tum enim  
contractus in annum renovatus censetur, quamvis initio  
in triennium *auf ein Pflug-Recht* fuerit initus, *arg. l.*  
*item quaritur 15. §. qui impleto 11. & seq. ff. locat.* Sanè si bis  
per annum fructus pervenirent, uti in Ægypti prædiis  
contingere testis est *Plinius lib. 3. nat. hist. c. 20.* tacita recon-  
ductio saltem in sex menses, si lustratim aut altero tertio-  
ve anno fructus ederentur, in duos tres aut quinque annos  
*facta* censetur conductione. *Franz. ad tit. locat. n. 8.*

*Causa effi-*  
*ciens.*

A 2

Th. VI.

Th. VI.

Quomodo  
tacito con-  
sensu fiat re-  
locatio?

Ceterum procedunt hæc, si mero consensu, pacto ni-  
mirum aut verbis, ut puta stipulatione, primam placuerit  
contrahere conductionem, ut tacita, per retentionem fun-  
di & novam culturam, reconductio facta censeatur: Man-  
tic. *de tacit. & ambig. conven. lib. 5. tit. 15. n. 18.* si vero in-  
scriptis prima celebrata fuerit conductio, reconductionem  
tacitam locum non habere, putant Faber. *in Cod. suo lib. 4.  
tit. de locat. 41. def. 48.* Gomez. *lib. 2. resolut. c. 3. n. 16.*  
Carpz. *p. 2. c. 37. d. 9. n. 9. & 10. per l. l. 13. §. ult. ibi: nisi in scriptis  
certum tempus comprehensum est ff. locat. & per hanc rationem;*  
quando enim contractus ex scripturâ, vires suas accepit,  
solus ille tacitus consensus, qui ex locatoris patientiâ indu-  
citur, facere non potest, ut plus scriptum videatur, quàm re-  
vera scriptum sit. Quamvis nec ratio ista impediatur, quo-  
minùs qui subest scripturæ consensus, solus ad locationem  
& relocationem sufficiens, tacitè, remissâ scripturæ nova  
interventione, ex facto præsumi & ad reconductionem per  
retentionem fundi novamque culturam, & domini patienti-  
am extendi queat, jusque idem partiariæ locationis, secun-  
dum proprios conventionis effectus, in utroque tacitè prio-  
rem contractum renovantium, sese exserere debeat, secun-  
dum *l. item queritur 13. §. qui impleto 11. ff. locati.*

Th. VII.

Contrariū  
solutio.

Nec in contrarium faciunt, *d. l. 13. §. fin. verba: nisi  
in scriptis &c.* quæ sanè malè intelliguntur, dum pessimè ad  
remotiora trahuntur. Docet Ulpianus *in d. §. impleto,*  
quod si completo tempore conductionis, in lustrum v. g.  
factæ conductor remanserit in conductione, reconduxisse vi-  
deatur; Sed hoc in subsequentiis limitat procedere in  
uno saltem anno, quo tacuerunt, non etiam in sequentibus,  
nisi & in iis singulis tacuerunt: & hoc iterum, quod recon-  
ductio

ductio tacita in annum integrum facta censetur, restringit ad prædia rustica, ex quibus fructus nullus esse potest, nisi per annum facta sit conductio; In urbanis vero prædiis, cum singulis diebus imò momentis, fructus conductionis percipiatur, & utilitatem præsent, ideo urbanorum prædiorum reconductio in nullum certum tempus censetur esse facta, nisi fortè in scripturâ certâ reconductionum spacia sint determinata, per quæ semel coepta stare debeat conductio, eò namque casu, si novum conductionis tempus habitare cœperit, per hocce totum in urbanis prædiis reconductio facta fuisse censebitur: atque hanc mentem esse Ulpiani ex ipsis verbis apparet. Ideo namque *in urbanis*, inquit, *prædiis alio jure utimur; ut, prout quisque habitaverit, ita & obligetur, nisi in scriptis certum tempus conductione comprehensum est.* Quis quæso non videt, exceptionem non esse de regula. *Quod reconductio tacite fiat*, hæc in dubium ab Ulpiano nunquam fuit vocata, uti ex verbis *d. l. item 17. §. 11. & ex l. seq. 14.* clarum est. Sed ab illa, quæ proximè de tempore reconductionis, in prædiis urbanis præmittitur. *Quod nempe reconductio in prædiis urbanis non fiat ad certum tempus, sed prout quis habitaverit.* Huic regulæ subjicitur & coheret exceptio: *nisi in scriptis certum tempus conductione comprehensum fuerit.* Ut tum etiam in his prædiis urbanis, quemadmodum in rusticis in certum tempus reconductio fiat, nempe in rusticis, in annum, in Urbanis, in tempus quod prima scriptura comprehensum est. Falso ergò hinc colligitur: *si scriptura intervenit ab initio, non posse tacite fieri reconductionem, imò contrarium, nempe etiam tum si per scripturam primitus conventum fuerit, reconductionem tacite fieri posse, rectius colligitur, uti ipse Ulpianus in l. qui ad certum 14. ff. locat.* innuere videtur, ubi, quod in reconductione nulla opus sit scriptura, adeoque solo tacito consensu fieri possit, docet.

## Th. IIX.

An in recon-  
ductione ta-  
cita pignora  
obligata ma-  
neant?

Illud quoque communi locationum iure constat, & ad partiarum etiam locationem sicut præcedentia omnia trahendum est: quod nempe si reconductio tacita fuerit facta, cum iisdem qualitatibus & pactis quibus prima stetit, inita censetur, *Mantic. de tac. & amb. convent. lib. 1. c. 1. §. n. 39. Gomez. lib. 2. Resolut. c. 3. n. 17.* unde & pignorum, à conductore datorum, extenditur obligatio, & per reconductionis tempora durat. *d. l. 13. §. fin. ff. l. legem quidem. 16. C. locat.* Non tamen nova ista reconductio ad illa contractus accessoria extenditur, quæ tertii consensum requirunt, unde fideiussores, finitâ primâ locatione, liberantur. *d. l. 13. §. f. ff. l. sicum. 7. C. de locat. l. si fideiussor. 29. §. fideiussor. ult. ff. Mand. l. si fidej. 27. C. de fideiuss. saltem ope exceptionis. l. obligationem fere. 44. §. circa diem. 1. ff. de O. & A.* Quod si ex post facto placuerit, ut pretii nomine certus frumenti modus accipiatur, uti in *l. sed addes 19. §. si dominus 3. ff. de locat.* non erit partiarum locatio; sed officio saltem iudicis continebitur, quanti intersit, conductori in frumento potius, quàm in pecunia solvere pensionis exceptam portionem *d. l. sed addes. 19. §. 3. ff. locati.*

## Th. IX.

Subiectum.

Subiectum sunt personæ Contrahentes, quæ contrahendo se obligare non prohibentur, *arg. l. mutus. 4. §. 1. ff. de procurat.* Vide Mejer. in *Coll. Argent. h. t. n. 6. 7. 8.* & in specie de his, qui Colonariam conductionem olim subire prohibebantur. *J. O. Tabor. in tr. de iure Colonar. th. 24.* Vocantur autem istæ personæ, altera quidem *Locator*, qui vel Dominus esse debet vel bonæ fidei possessor, *l. si quis 9. ff. locat.* vel Usufructuarius, qui fundum, in quo usumfructum habet, locare potest, *d. l. si quis. 9. §. 1. l. arboribus. 12. §. Usufructuarius. 2. ff. de Usufr.* Imo & Conductor fundum conductum,

Autem iterum alii, majori etiam pensione, locare potest.  
*l. si ubi 7. cum seq. 8. l. si in lege 24. §. si colonus 1. ff. locat. l. nemo  
C. eod. quo casu eum qui à conductore conduxit subcondu-  
ctorem vocare solent. Altera persona, Colonus partiarus,  
l. si merces. 25. §. vis major. 6. ff. locat.*

Th. X.

Objectum hujus locationis duplex est, aliud ex parte Con-  
ductoris seu Coloni, aliud ex parte locatoris. Illud est quod  
contrahendo conductor magis intendit; sive circa, quod  
conductor contrahendo magis occupatur; Et est omnis  
res per industriam & sumptum conductoris utenda & fru-  
enda, quatenus usus vel fructus ejus in quantitate consistit,  
& secundum quantitatem, divisionem in portiones quan-  
tas recipit: quomodo & gregis partiarus est conductor  
*l. si pascenda 8. l. de pact. ratione tamen Coloni cujus specia-  
lius est nomen quam conductoris, non nisi prædia rustica  
aliena, objectum ejus constituunt. qualia sunt fundi, agri,  
prædia, prata, pascua, silvæ, vineæ, quæ tamen aliquan-  
do ædificia adjuncta habent. Cimen Hoff und andere  
Gebäude.*

Objectum  
duplex.  
1. ex parte  
Conductoris,  
sunt:

Th. XI.

Aliena dixi prædia objectum esse partiaræ condu-  
ctionis; quia si ex proprio quis fundo partem fructuum  
singulis annis præstare teneatur, eine Landgarbe/ Land  
acht/ Bodenzins/ non erit locatio & conductio; & quam-  
vis talis non nunquam annuus redditus, dimidia, tertia, quar-  
ta vel quinta pars fructuum esse soleat, atque inde possesso-  
res talium prædiorum Coloni etiam partiarii à Dd. appella-  
ri consueverint, *Uindenspur ad Ord. provinc. fol. 37. n. 30.  
Speidel. in specul. voc. Bodenzins. Wehner. Obs. Pract. Voc.  
Wiederkauflische Zins.* tamen verè non sunt, cum non  
ex alieno fundo nec ex contractu, sed tanquam reale onus  
& ex

Aliena præ-  
dia,

Ex proprio fundo solvantur. arg. d. l. si merces. 25. §. vii  
major. 6. junct. l. si quis 9. §. ff. l. qui rem. 20. C. de locat. l. neque  
pignus. 45. de R. l. Dicuntur talia bona Hals / drey / vier /  
oder fünfftheilige Güter. Vide Wehneri supplementum ver-  
bo Landgarben. & in specie, von Landgarben theilbaren  
Gütern, Bodenzins. Befold. lib. 2. Polit. c. 4. n. 2.

Th. XII.

Et quidem  
rustica.

Dixi prædia Rustica esse objectum, partiariæ loca-  
tionis: unde constat, operarum, usus ædium, habitationis,  
Inulæ, cornaculi, horrei, currus, vehiculi ad onus portan-  
dum, navis, doliorum, instrumentorum aut similium, quor-  
um tamen aliæ, locatio & conductio subsistit, partiariam  
non esse locationem; Aut enim illorum usus & fructus  
planus est, non industrialis & sumptuosus; aut si sit indu-  
strialis, tamen non permanens, & corporalis, ut in partes  
quantitativas dividi possit; nec enim quas loco operas,  
illarum pro mercede partem recipere possum; nec si do-  
mum, aut horreum, aut vehiculum tibi locem, usus illius  
partem, mercedis nomine habere possum. Sed ita fun-  
dum, agrum, prædium, gregem, locari, novi quid non est,  
cum enim per industriam fructus ex iis rebus conductis  
percipiantur, ique percepti fructus, per se subsistentes &  
divisibiles sint, in quantas portiones (quæ duo, ut stet rei  
partiariæ locatio, requiruntur) recte eorum partiaria con-  
stituitur locatio.

Th. XIII.

Ex parte lo-  
catoris per-  
inde est an  
prædia sint  
propria, an  
aliena.

Cæterum, a parte locatoris (nam à conductoris par-  
te proprius fundus in conductionem venire nequit uti  
Thesi XI. dixi,) an res sit aliena, an propria, ut in nulla,  
ita nec in hac locatione quicquam refert. l. si tibi 7. ff. locat.  
quia dominium transferri necesse non est. l. non solet. 39. h. t.  
ne in emptionis contractum incidat. l. convenit. 65. ff. de  
Contr.





*Contr. emt. l. Sabinus 20. eod.* Nec attenditur, rerum sit corporalium an incorporalium illa locatio, cum & ususfructus hoc modo rectè locetur. *§. minus autem 1. Inst. de Usu & habit. l. arboribus. 12. §. 2. l. non uiitur. 38. ff. de Usufr. retento scilicet jure, quod ejus personæ cohæret. l. si ususfructus. 66. ff. de jur. dot.* Similiter semoventes. *l. si pascenda 8. C. de past.* hoc modo rectè locantur.

Th. XIV.

Sed dubitari posset, ane illarum rerum, ut puta, currus, vehiculi navigii, hospitii &c. quæ ab objecto Partiaræ locationis, in XII. thesi sunt exclusa, hanc tamen recipiant locationem; quippe 1. Industrialis & sumptuaria fructuum, ex his rebus, est perceptio. 2. & ipse fructus harum rerum, quamvis transiens sit, & in usu magis consistat; tamen & divisibilis est, in partes quotas, secundum temporis vel usus ipsius rei mensuram, v. g. Concedo vehiculum, vel navigium, ita ut tertiam rerum quam capit partem, ex meis rebus transvehat conductor, una cum suis: Concedo hospitium, ut certis ex anno diebus, ipse recipiar cum familia meâ mercedis nomine. Verum *respondetur*, id, quod vulgò Dd. ad subvertendam partiaræ locationem, malè reponere solent; *Non esse hanc locationem, sed contractum innominatum, do ut facias.* Cum enim in omni locatione merces sit danda, non aliquid faciendum, ita planum est, hic abesse substantialem locationis partem, mercedem nempe, sine quâ nulla est locatio & conductio. Sed inquis, datur hic pars fructus rei, quæ in vectione & receptione in hospitium consistit. Ergo merces non factum intervenit. At hunc, rei concessa fructum esse, constanter nego sed vectio, receptio in hospitium, ipsum factum conductoris est, & medium utendi, per quod ille navi hospitiisque utitur, fructumque percipit; quemadmodum per culturam agri per messem

An aliarum rerum præter prædia conductio sit partiaræ dubitatio.

segetumque separationem & collectionem, fructus ex agro percipiuntur, non fructus ipsi sunt. Cum ergo, ut alter ulum habeat mei vehiculi, vel navigii, mihi quidem aliquid facit, operam nempe præstat transvectionis, rectè dicimus contractum esse innominatum, *do ut facias*, non locationem: Idem dicendum est, si cui fundum sibi colendum concedam, ut certorum agrorum meorum fructus mihi colligat aut alios fundos mihi colat; nec enim talis colonus partiaris, nec ipsa inter nos conventio, locatio dici poterit.

Th. XV.

2. Ex parte  
Locatoris  
Objectum est  
portio fru-  
ctuum.

Objectum locationis ex parte locatoris, est pars seu quantitas fructuum, ex re locata percipiendorum, & hæc vel quarta, vel tertia, vel dimidia pars esse solet, prout majorem aut minorem, cultura agri, cura pecorum partiariorum, sive gregis v. g. ovium, caprarum similiumque, sumptum requirit, & prout major atque major fundi locati esse solet fertilitas, & vis naturalis. Non enim tantam partem fructuum ex sterili, quantam ex fertili agro accipit, habere locator potest. Unde & hæc mercedis in fructuum quantitate determinatio, in proportione ad præstandam operam & impensam culturæ secundum naturalem æquitatem fun-

An in par-  
tiaria loca-  
tione & con-  
ductione re-  
medium l. 2.  
C. de re-  
scind. vend.  
locum ha-  
beat.

datur; Atque ideo si dimidia fructuum pars pensionis nomine promissa sit, cum secundum peritorum æstimationem tantum quinta pars esset præstanda, merito remedio *legis 2. C. de Resc. vend. colonus utitur, arg. l. 2. pr. l. 22. §. 3. ff. locati*, nec tamen hoc ad damna extra contractum ex superveniente casu contingentia est extendendum, quippe quæ ob societatis imaginem, quæ huic contractui inest, communicantur. *d. l. 25. §. 6. ff. locati*, de quo paulo post dicam. Illud hic adjicio, quod pars pensionis præstanda, quia ex conventionne varia esse potest, *in d. l. si merces. 25. §. vis. 6. ff. locati, in l. licet. 3. C. eod. & in l. si pascenda. 8. C. de pacti.* non definiatur.

Vid.

Vid. Tabor. de jure Societ. c. 2. Idem de admodiat. membr. 2.  
c. 1. n. 1. Felicius de Societat. c. 9. n. 56.

Th. XVI.

Sed hic quoque non exigua est Doctorum disceptatio, <sup>An</sup> merce necesse  
Anne contra naturam sit locationis, que nummos ut emptio requirit, <sup>merces neces-</sup>  
si non in numerata pecunia, sed in parte fructuum, merces constituatur. <sup>sarid in num-</sup>  
Et quod præcise requiratur pecunia numerata sentiunt <sup>mis sit consti-</sup>  
Gomez ad l. 5. ff. de præser. verb. n. 22. Lessius de F. & F. lib. 2. <sup>tuenda?</sup>  
c. 24. n. 2. Bachov. ad Treut. Vol. 1. Diss. 29. th. 3. lit. G.  
Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 5. tit. 1. n. 10. & tit. 2. n. 1.  
& 35. Perez. in C. de locat. Goehauf. 2. Peric. Acad. peric. 4. qu.  
27. Bicc. in tr. rer. quot. sect. 4. th. 95. & seqq. Franzk. tit. locat.  
n. 64. & seq. Timæ. Fab. Diss. 24. ad Inst. tit. de locat. & cond.  
§. pen. Eckold. ad tit. ff. locat. §. 6. & alii.

Th. XVII.

Mihi tamen, quod & in aliis, præter pecuniam numeratam, <sup>Merces et-</sup>  
tam rebus, consistere possit merces, absurdum non videtur, <sup>tiam in aliis</sup>  
qui & in eo quoque emptionem a locatione differre puto, <sup>rebus quam</sup>  
quod illa præcise numeratam pecuniam requirat, §. item <sup>nummis con-</sup>  
pretium 2. Inst. de Empt. & vendit. l. Origo emendi. 1. §. sed an sine <sup>situi potest.</sup>  
1. ff. de Contr. ab. empt. l. empti fides 9. C. eod. l. 1. de rer. permut.  
nisi quod ex post facto, alia res in solutum dari possit, non  
mutata contractus natura, l. pretii 9. C. de Rescind. vend. At  
locatio initio statim mercedem in fructibus constitutam reci-  
pit. l. si olei 21. l. licet certis 8. C. de locat. l. si pascenda 8. C. de pact.  
l. si merces 25. §. vis major 6. ff. locat. l. & hac distinction. 35.  
in fin. ff. eod. Cum & pecuniæ vox, cujus in mercedis expres-  
sione mentio fieri solet, ad fructus & alias quantitates trans-  
ferri soleat. l. fin. juncta præced. C. de Const. pec. l. mutuum damus  
2. §. 3. ff. de cred. l. r. l. 222. d. V. S. & ita mecum sentiunt. Coraf.  
2. Miscell. 11. Cujacius 8. ad African. in l. 35. §. fin. ff. locat. Vas-  
quiuis l. 3. Illustr. contr. c. 13. Pinel. ad rubr. C. de rescind. vend.

p. 2. c. 3. num. 29. & seq. Wesenb. ad tit. ff. locat. n. 7. Valtejus ad Harpr. ad §. 2. Inst. de locat. Ungep. Exerc. Justin. 11. qv. 1. Riemer. Decad. 11. quæst. 1. Brunn. ad l. si olei 21. C. de locat. quam etiam opinionem, Menchaca. controu. usufrequent. lib. 3. c. 52. col. 1. Contra communem, ab orbe universo receptam esse testatur.

### Th. XVIII.

*Distinctio inter locationem rei & operarum.*

Nec operatur in contrarium quidquam, distinctio inter locationem rei seu fruendi, & operarum seu faciendi quod illa non præcisè, hæc verò præcisè numeratæ pecuniæ mercedem requirat. Inquam distinctionem Gregor. Lopez. Lib. 1. animadv. c. 15. Hilliger. in Donell. lib. 13. c. 6. tit. 1. Perez. ad tit. C. de locat. num. 3. in fin. Brunn. ad d. l. licet certis 8. C. de locat. aliivæ multi consentiunt, quod omnes leges, quæ pecuniam numeratam requirunt, de locatione factorum loquantur; quam & ipse lubens exspeciali ratione, quam th 12. & 14. adduxi, admitto & confirmo. Verum illa distinctio, uti ex dd. th. apparet, locationem quidem ex natura objecti satis bene distinguit, non essentia aut natura locationis, contrariam fructuum mercedem esse, evincit; quin non esse contrariam, magis probat. Differentia enim qualiscunque fuerint, ejus, quod distinguunt, non contrariantur natura, sed eam specificant.

### Th. XIX.

*Habnii sententia declinatur.*

Frustra ergo est Hahn. ad Wesenb. n. 7. simpliciter in locatione numeratam cum aliis dissentientibus, requirens pecuniam; quam quidem sententiam suam probare conatur, (1) per Legem 1. § 2. Depos. l. 25. §. 6. locat. l. 28. §. 2. & l. 46. § 2. 18. eod. l. 1. in fin. mand. l. 26. §. 1. de furt. l. 5. §. 2. de Praeser. verb. (2) Quia cum emptione & venditione locatio comparatur. Sanè posterius non concludit, sed particulatim saltem, & in quibusdam, non in omnibus procedit, alias

aliās enim nulla prorsus, inter emptionem & locationem, relinqueretur differentia,

Th. XX.

Priores quod attinet leges, singulae erunt excutiendae; *Resp. ad leges in contrarium allatas l. 1. §. 9. ff. de pos.* non est casus verae locationis, unde & genus quasi locati & conducti dicitur; nec enim quantitas, quae mercedis nomine intervenire potest, intervenit, sed pera; & objectum locationis est custodia servi, tanquam fructus non est opera, sed haec aliud quid est a custodia, adeoque secundum Th. X. & seq. nec vere merces est: quippe quae pars fructus est, ex re locata percepta & locatori refundenda. *d. l. 8. C. locat. d. l. 8. C. de pact. d. l. si merces. 27. § 6 ff. loc. l. 37. in fin. cod. non est* *ex dicta legis casu, quippiam contractui inferitur nec quicquam ista faciunt verba, sed quia pecunia non datur, praescriptis verbis datur actio: illo enim casu pecunia requirebatur, ut locationis esset contractus, cum opera fructus custodiae conductae seu locatae, esse non possent, nec ideo mercedis nomine venire. Neque inde sequitur, quia in isto casu stare non poterat locatio conductio, nisi pecunia interveniret: Ergo in omni locatione requiritur pecunia. Deinde non male docet Welsch, pecunia nomen, cujus generalissima quidem acceptio ex l. tantum 88. l. cum sequiamur. 97. l. Pecunia verbum. 178. pr. l. pecunia 222. ff. de verb. signif. apparet, generale esse & res quaslibet, quae pondere numero & mensura constant comprehendere, quippe quae acceptio, ex citata ab ipso lege *fin. C. de const. pecun. junctae l. praeced. §. 2. §. creditum ubi Da. ff. si certum pec. clara est; atque ideo mercedem non in nummis solum, sed etiam in pecunia, vel in partibus posse constitui, recte asseruit. At tale quid non sunt, opera servi custodiendi.**

Th. XXI.

*Lex v. 25. §. 6. ff. locat. expressè hahtio contrariatur, 25. §. 6. ff. quip-locat.*

quippe utrumque colonum dicit Gajus, & qui ad numeratam pecuniam conduxit. & qui pro parte fructuum.

Th. XXII.

*Resp. ad l. 28. §. 2. ff. locat.* nihil quoque; aduersi habet, in locatione enim domus, secundum th. 12. & 14. fateor, non posse fructuum partem mercedis nomine venire, sed plerumque pretium numeratæ pecuniæ requiri, quod tamen nequidem in d. l. dicitur. Non tamen inde sequitur, E. in omni locatione numerata requiritur pecunia: Imò & pretii uocem generalem esse, & alias quasque res, quibus quid æstimari potest, comprehendere, ex Sabini Cassii, Nervæ & Proculli sententiâ & dilcèptatione patet, quâ an in emptionibus pretium in numerata pecuniâ consistere deberet, quærebant. §. item pretium 2. Inst. de empt. & vend. l. Origo 1. §. Sed an i. ff. eod. Confer. l. 9. C. eod. l. 1. ff. de rer. permut.

Th. XXIII.

*Resp. ad l. 46. ff. locati.* Lex 46. ff. locati, de locatione uno nummo facta loquitur, quod locatio illa non sit. Inde concludere E. locatio numeratâ pecuniâ fieri debet, ridiculum est.

Th. XXIV.

*Resp. ad l. 52. ff. locati.* Lex 52. ff. locat. pariter nihil infert, saltem casus dissenfus, circa quantitatem mercedis, deciditur, non qualis merces esse debeat, definitur.

Th. XXV.

*R. ad l. 58. ff. loc.* Lex 58. ff. locat. Mentionem facit pretii, quo locatio facta fuerit, de qualitate mercedis in genere nil determinat; nam numeratâ pecuniâ fieri posse, & plerumque ac regulariter fieri locationes, non nego; quod autem semper & ubique requiratur, id falsum dico, nec hoc in d. l. asseritur.

Th. XXVI.

*R. ad l. 1. in f. Mandat.* Lex 1. in fin. Mand. nihil dubii parit, dicitur contraria officio mandati merces esse, & apponitur ratio, quia interveniente pecuniâ, res ad locationem & conductionem potius respicit. Sanè vera

vera hæc sunt ; Verùm quæso, an hinc sequitur, *E. in omni locacione merces in pecunia numerata consistere debet* ? Prætermittito, quod ne mentio quidem numerata fiat pecunia, cum hæc tamen vox æquæ atque mercedis generalis sit.

Th. XXVII.

*Lex 26. §. 1. de furt. pro meâ & Wesenbecii stat sententia*; tantum abest, ut contrarium habeat. Dicitur enim de *L. 26. §. 1. de furt.* Colono, qui nummis colliit, restrictivè, quia & paribus fit locatio, quo casu, cum quodammodo societatis jus sit, aliter de furti actione dicendum erat ; Ast qui restringit, generalitatem præsupponit, nempe, & sine nummis posse fieri locacionem, uti utriusque casus exemplum & juris diversâ dispositio est, in *l. 21. §. 6. ff. locat.*

Th. XXVIII.

*Lex 5. §. 2. ff. præscr. verb.* Veram habet distinctionem *L. 5. 2. ff. non assertioni meæ contrarium.* In locacione enim facti *Pr. Verb.* rem pro pecunia intervenire non posse, quin innominatus fiat contractus, concedo ; sed inde tanquam a specie ad rotum genus non valet consequentia. Sileo, quod pecunia numerata de qua quæstio unica, nulla fiat mentio.

Th. XXIX.

Et frustra ab Hahnio illuditur, responsio aliorum, quod *Resp. ad in casu d. l. 5. §. 2. ff. Præscr. verb. nihil sit, quod nomen mercedis Responsiones Habnii.* habere possit, sine qua tamen locatio nulla sit. *pr. J. de locat.* Rem enim dictâ *l. 5. §. 2.* pro certâ specie, non pro quantitate, quæ mercedis nomine venire possit, accipi, ex præcedenti paragrapho *1. d. l. 5.* clare apparet. Wesenbecii quidem sententiam effugere quarens, ad *l. 21. C. de locat.* ita respondet, quasi non habeat, quod respondeat ; dicit nempe, verbum locare in *d. l.* improprie significare contractum innominatum, atque ibi speciale esse ; &, rationem contrahendi, admississe, hanc quasi leyem alterationem contractus, quod mer-

merces in parte fructuum, quos ipse fundus producit, constitui possit: eoque spectare *l. licet 8. C. eod.* neque contrariari *l. & hac distinctio. 35. in fin. ff. locat.* quia ibi vera quidem conductio fuerit, sed admittam esse, voluntariam compensationem ratione fructuum pro mercede, & addi vult *l. pretii causa 9. C. de Rescind. vend.* Verum in speciem hæc dicuntur, nihil veri responsi habent. Sanè ficta & insolita est illa verbi locare *in d. l. 21.* acceptio, quæ nec probatur, & merito in propria significatione, quæ & rubricæ tituli convenit, propter §. 2. *Constit. ut. de novo cod. fac. ibi: & congruis subdere titulis,* est accipienda. Quod autem alii ad hanc legem divinarunt, mercedem ab initio in numerata pecunia fuisse constitutam, deinde vero intercessisse pactum de solvenda vice ejus, certâ olei ponderatione; id ne umbram quidem probabilitatis, ex *d. l. 21.* habere potest, taceo, quod *in d. l. 21.* proposita conventio bonæ fidei esse dicatur; at *do ut facias;* contractus b. f. non est; Zoel. in *Comment. ad ff. tit. d. locat. & cond. n. 18.* & quod notat Perez. *ad tit. C. de locat. & cond. n. 7.* Quoniam dicit Imperator, in ea specie partes poenitare non posse, adversus naturam contractuum innominatorum, in quibus poenitentia locus est (*Idem Perez. ad tit. C. de Condit. ob causam dator. n. ult.*) Sequitur tua sponte *in d. l. 21.* non esse calum innominati contractus, sed veram locationis speciem.

Th. XXX.

An per le-  
vem altera-  
tionem con-  
tractus, mer-  
ces in fructu  
constituatur.

Porrò quod Hahnus de levi alteratione contractus, quæ merces in fructu possit constitui, addit, non ad refutationem eorum, quæ contractuum locationis in fructuum mercede confirmant, pertinet, sed magis ad comprobationem ejusdem; Unde etiam quam huc spectare dicit *l. 8. C. locat.* & quam non contrariari putat *l. & hac. 35. in fin. ff. eod.* vim suam quam in contrarium habere putantur, sua sponte amittunt. Cæterum adeo nihil obstant, ut etiam pro meâ militent



rent sententiã. Quamvis & illud negetur, neque ab Hahnio probetur, quod per aliqualem saltem alterationem contractus, locati merces *in d. h. in fructu constituitur*; quin verè in fructibus merces consistit, nec contractus in mercede fructuum alteratur, sed specificatur, secundum ea, quæ superius in thesi 18. dicta sunt.

Th. XXXI.

Præterea quam addit Hahnius legem pretii causa 9. C. de Quis casus sit Rescind. vend. & quæ ei par est, ab aliis pro contrariã sententiã adducitur, l. 31. in f. ff. locat. eum casum habet, ubi per pactum adjectum vel superveniens placuit, ut nomine conventi pretii certus frumenti modus acciperetur, quod fieri posse admitto, contrarium quid inde sequi nego, omnis enim contractus pactis formari potest l. Jurisgentium 7. §. Quinimò 5. ff. de pact. mutari nequit. d. l. 9. C. de Rescind. vend.

Th. XXXII.

Forma locationis paritaria, in eo consistit, ut initio statim merces non in nummis, nec simpliciter in pecuniã sive in quantitate, id est, rebus numero, pondere & mensurã constantibus, sed in certã fructuum, quæ ex re locatã, sumptu & impensã conductoris percipiuntur, portione constituitur; secundum ea, quæ thesi XII. & aliis sequentibus dixi; Unde etiam in hac conventionione, quædam societatis est similitudo; & ex regulis, quæ de societate scriptæ sunt, leges suas & jura, hæc sortitur locatio. l. si merces 25. §. Vis major. 6. ff. locati. & ibi Bart. Bald. in l. emptorem 9. C. de locatio. n. 7. Abba in c. propter X. de locat. num. 14. Angelus in princ. Inst. loc. n. 4. Franciscus Conarus lib. 7. Comment. Jur. Civil. c. 11. n. 1. & n. 21. Johan. Garfias de expens. c. 14. n. 21. Mantica de tacti. & ambig. convent. lib. 5. lit. 2. n. 26. & seq. Quod si verò initio statim, societatis contrahendæ animo, opera & fundi usus, in communẽ conferantur, meritò id, quod ad eum est spectatur

Forma locationis paritaria.

C

tur

tur & societatis regulis concurrentibus, societas non locatio & conductio contracta dicenda est. Videatur. *Ol. Auret. ad Merill. d. punct. 24. ferè in fin.* Idemque dicendum est, si pars fundi, quoad proprietatem, communicetur cum alterius operâ, ut fructus ipsi communicentur; quamvis enim hi partiarîi sint, coloni tamen partiarîi minus rectè dicuntur. *arg. d. l. 25. §. 6. ff. locati.* Vid. *Dr. J. O. Tab. de jure socid. cap. 2. num. 8.*

Th. XXXIII.

*Finis loca-  
tionis par-  
tiariae.*

*Finis locationis partiariae non est, ut dominium quemadmodum in conventionne socidæ, uti Italici illa vocatur locatio, de qua vide Carpz. p. 2. c. 37. d. 10. Sim. Pistor. Conf. 11. J. O. Tabor. d. tr. de Jur. Socidæ: Sed ut usus & fructus rei pro certâ fructuum ejusdem rei quantitate, quæ mercedis locum subit, habeatur; omnisque cum fertilitas, tum sterilitas, damnumque quodlibet aliud, in fructibus contingens, sit commune! l. 25. §. 6. ff. locat. Quatenus ergo merces intervenit est locatio conductio, & differt à commodato, mandato & deposito, quæ gratuita sunt, & præter honorarium nullam admittunt mercedem aut præstationem. *§. item in, 12. Inst. de obl. quæ re contrah. l. depositum. 1. §. si quis. 9. ff. de depos.**

*In quo loca-  
tio partiaria  
ab aliis dif-  
ferat con-  
tractibus.*

*In quonam  
locatio par-  
tiaria cum  
societate  
conveniat.*

*In quo nam à  
societate &  
aliis locatio-  
num speciebus  
differat.*

*l. Obligatio. 7. §. 4. l. remunerandi. 6. in pr. ff. mandat. Quatenus verò damnum & lucrum, pro conventâ portione communicantur, ad societatis naturam inclinât, atque inde jura plurima mutuatur *arg. l. 25. §. 6. ff. locati.* ab eâ tamen differt, quatenus certa merces in certâ fructuum portione constituta intervenit, simul & per hoc, à qualibet aliâ locatione determinatur, quæ vel in pecuniâ numeratâ consistit, vel in fungibilium certâ quidem mensura aut quantitate, verùm quæ non in portione consistit eorum fructuum, quæ ex re percipiuntur, sed quæ certa & eadem semper est, nec ex fertilitate aut sterilitate, justâ proportione augetur aut minuitur.*

Th.

Th. XXXIV.

Effectus hujus locationis Generales consistunt in obligatione mutua, & in actione secundum communia omnium locationum jura, de quibus agere omitto. Singulares & propriae, secundum quas & ipsa formatur obligatio & actio, haec sunt Primus, quod & damnum & lucrum omne sit commune, inter locatorem & conductorem, adeoque nec propter augmentum de augenda pensione, nec propter decrementum de minuenda ea, questio esse potest; quippe cum societatis quodammodo jure gaudeant, ex regulis quoque, quae de societate scriptae sunt, jura sua sortitur, inque hoc a communi locationem lege recedit. l. 25. §. vis major. ff. locati. & ibi Bart. Bald. in l. emptorem C. locat. n. 7. Abb. in cap. natura par. propter sterilitatem, X h. t. n. 4. Angelus in pr. Insti. locat. n. 4. Francisc. Conanus hb. 7. Comment. Juris Civil. c. 11. n. 1. & n. 13. Mantica de tacit. & ambig. conven. lib. 2. tit. 5. n. 34. Garl. de expens. c. 14. n. 21. idque etiam eo casu procedit quo alias casus fortuitus, & vis major a conductore iustineri solet; ut puta cum belli tempore contraxerit, quod tum in se calum conductor suscepisse videatur. Köppen d. decis. 27. n. 15. sibiq; id imputare debeat, Alex. Conf. 112. circ. fin. Carot. in vr. de Conduct. p. 3. tit. de remiss. merced. num. 10. Nam in colono partiaro haec jura & rationes non procedunt, cum magis pro socio, quam pro conductore habeatur, unde is tale etiam damnum, uti omne & quaecunque lucrum, commune habet. Köppen d. decis. n. 27. Richt. Dec. 81. n. 40. ubi haec Jenensium responsò confirmat. Gail. l. 2. Obs. 23. n. 14. Franzk. tit. ff. locati n. 137. Mantica. l. 3. tit. 2. n. 26.

Effectus partiarie locationis sunt vel Communes vel Propriae Primus effectus Specialis.

Locatio & Cond. part. de Societatis natura participat.

Th. XXXV.

Sed quid de semine & impensis culturae dicendum, an harum per deductionem ratio habeatur? Ita quidem putat Alvar. Valasc. de jure Emphyteut. qv. 30. n. 9. & Garl. d. s.

An Colonus Partiarus impensas culturae.



tura deduce- *-d. c. 14. n. 23. & t. 1. n. 11. 12.* Nisi iniquis, aliter conventionis  
re possit. lege expressum sit; Partiarus colonus, deducet impensis

*Affirmant* factas pro fructibus seminandis, colligendis & conservandis.  
*Alv. Valasc.* l. fundus qui 51. ff. famil. ercisc. ibi: quia nullus casus intervenire po-  
*& Garf.* rest, qui hoc genus deductionis impediat. l. si à domino 30. §. fin. ff. de

*hered. pet.* ubi Paulus more suo, late exponit, quid veniat no-  
mine lumpus, qui sit gratia colligendorum fructuum. l. fru-  
*Bus 7.* ff. solui matrim. l. quod in fructus. 46. ff. de usuris. Ideoque  
deducuntur ex integro fructu, l. si unus 67. §. si unus. l. l. socium  
*60.* §. socius 1. ff. pro socio l. cum duobus 52. §. si quis ex sociis 15.  
Quæ omnia in locis habent locum, & ad eos præmonstrata  
videri possunt, semper enim socius proprias expensas dedu-  
cit, communes autem imputantur sociis pro rata, quia id  
exigit ratio societatis. Et licet in partiaro colono, nonnul-  
li velint inducere consuetudinem contrariam, quæ deroget  
juri, ego tamen istas consuetudines suspectas semper ha-  
beo, qui didicerim consuetudinem probandam esse legit-  
imo modo &c. Hæc Garfias.

### Th. XXXVI.

*Negativa*  
*verior.*

Verum contrarium juri convenientius dici videtur,  
*c. 26. vers. cum enim Deus. X. de Decimis,* quippe colonus par-  
tem fructuum tantum pro opera & expensis accipit. *Felic. de Societ. cap. 27. n. 46. & seqq. Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 6. n. 14. Vincent. Carroc. v. de locat. cond. part. 4. quest. 39. n. 6. & seqq.* ubi hanc communem esse sententiam testatur. Quod enim dictarum, præcedenti thesi, legum rationem attinet, illa tantum in iis juris casibus obtinet, ubi non ipsa opera & impensa id sunt, quod ab alterâ parte in communionem confertur; sed aliud quid est, quod confertur, supra quod, si impensarum amplius quid collatum fuerit, merito ante deducitur, secundum allatas à Garfia leges. Ast in præsentî casu, aliter res sese habet, quippe cum locator agrum suum, seu potius

potius usum, sive vim & virtutem ejus annuam, in commu-  
ne quasi conferat, conductor vero culturam & impensam,  
merito hanc, à perceptis è fundo fructibus, deducere non de-  
bebit; ne nihil contulisse, & gratis, fructus, deductione im-  
pensarum minutos, cum locatore divisisse videatur, facit §.  
de illa. 2. *Inst. de societ. l. si non fuerit. 29. ff. pro socio. l. 1. C. eod.*

Th. XXXVII.

Omnes ergo qui provenerunt fructus, non habitam im-  
pensarum ratione, æqualiter, aut secundum conventam por-  
tionem dividi debebunt; *arg. d. c. 26. vers. Cum enim X. de de-*  
*rimis Joh. Babt. Costa de facti scient. & ignor. inspect. 33. n. 7. Franc.*  
*Marc. 1. Decis. 888. n. 12. Menoch. de arbitr. jud. qu. cas. 315. n. 2.*

In tantum, ut licet colonus partiarius minus perceperit,  
quam seminavit, de eo tamen quod percepit, partem domi-  
no præstare teneatur. *Bald. in l. licet. 8. n. 10. C. locat. Mantici-*  
*de tacti. & ambig. convent. lib. 2. tit. 2. n. 33. & seq. lib. 5. tit. 10. n. 32.*  
Et ratio est, uti dictum, quod impensa & sumptus, quos con-  
ductor fecit, semper in concessione fundi, ejusve factam à lo-  
catore copia, & permisso usu, compensationem habere cre-  
dantur. *arg. dd. ll. & quoniam; si deduceret colonus impen-*  
*sas, nihil esset, quod in hanc locationis quasi societatem con-*  
*ferret, & qualemcunque de reliquo fructuum caperet par-*  
*tem, eam extra omnem societatis & locationis speciem ca-*  
*peret. Et quamvis ne culturæ & impensarum quidem, ob*  
*exiguitatem fructuum, recipiat æstimationem conductor;*  
*tamen cum & idem sterilitatis casus, justa proportione loca-*  
*torem premat, quippe qui omnem agri sui vim & fecundi-*  
*tatem naturalem eodem casu amittit; merito quodcumq; ori-*  
*tur damnum, pariter utrique, jure quasi societatis, quam talis*  
*locatio sapit, ferendum erit. l. 25. §. 6. ff. locati.*

Th. XXXVIII.

Non tamen hoc quod de non deducendis culturæ im-  
C 3

Expensa  
perpetua uti-

Omnes fru-  
ctus fundi  
conducti sunt  
dividendi.

Quamvis  
minus quam  
seminavit  
conductor,  
percipiatur.  
Ratio ejus.

litatis causa  
facta condu-  
tori partia-  
rio sunt re-  
fundenda.

penſis dixi, ad illas extendendum eſt expenſas, quæ perpe-  
tua utilitatis cauſa, in rem conductam factæ ſunt, qualescun-  
que etiam fuerint; has enim ut quilibet meliorationes, à  
domino fundi repetit, cum non ad fructum, ſed ad rem per-  
tineant, nec in conductionis conventionem venerint; ex  
conducto ergo actione has recuperabit *l. dominus. vs. §. in con-  
ducto. 1. ff. locat. vel exceptione doli mali deducet, l. colonus  
pen. ff. locat. l. Paulus. 14. ff. de doli mali except.* Menoch. *de arbi. r.  
jud. lib. 2. caſ. 215. n. 4.* Ludovic. Molin. *de j. & j. in. 2. Diſp. 463.  
n. 6.* idque ſine diſtinctione inter modicas & magnas. Felice  
*de ſocietat. cap. 27. n. 45.* Joh. Garſ. *de Expens. c. 1. num. 16.* Lau-  
terb. *ad in. locat. §. 2. n. 22.*

Th. XXXIX.

Quæſt.

Quæritur porro, quid hoc dicendum ſit caſu, ſi conve-  
nerit, ut conductor v. g. dimidiam fructuum partem ex ar-  
gro avehendam, loco mercedis locatori daret, aut centum  
florenos numeraret, an magnâ exiſtente ſterilitate, centum  
petere locator, an vero dimidiam fructuum portionem dare  
conductor poſſit? Et: an hoc ſaltem caſu, aut impenſis deducere,  
aut remiſſionem penſionis petere poſſit conductor?  
Quod utique videtur, cum merces conſtituatur in numeratâ  
pecuniâ, & portio fructuum, debita certâ pecuniæ ſummâ  
æſtimetur, adeoque & ſocietatis ratio, in hocce contractu  
ceſſare incipiat, quippe qualiscunqve ſit, aut ubertas aut ſter-  
ilitas, ſemper merces eadem eſt, centum nempe florenor-  
um, cujus penſionis ſi nulla fieret remiſſio, iniquitas eſſet  
ſumma. Ad hæc verò ut convenienter reſpondeatur, diſtin-  
ctim procedendum erit. Et Primò quidem erit inſpicien-  
dum, An alteruter contrahentium ſibi electionem conſti-  
tuerit, utrum habere aut dare velit portionem fructuum, aut  
100. An verò nihil de ea ſit dictum. Quod ſi locator ſibi e-  
lectionem ſervaverit, expirabit partiaris locationis natura,  
&

& omnis ejus cessabit effectus, adeoque & remissionem, in  
casu sterilitatis *ex l. Ex conducto 15. §. si vis tempestatis. 2. ff. locati,*  
communi locationum jure, petere conductor poterit, & im-  
pensarum in culturam factarum ratio habebitur.

Th. XL.

Quid verò si portione fructuum contentus esse velit lo- *Quaest.*  
cator? Sanè audiendum esse, & de remissione pensionis e-  
liminandas esse querelas, æquitati secundum locationis con-  
ventionem, contentaneum puto. Quod si verò condu-  
ctor sibi de electione, in tali conventionem pacto prospexerit,  
retinebitur natura partiaræ locationis; atque ideo si magna  
sit agri fertilitas, fructuum promissam portionem conventam  
summâ centum florenorum, quasi emptam habebit, cen-  
tumque dabit locatori, quod si verò vis tempestatis calamito-  
sæ contigerit, conventam qualiumcunque fructuum portio-  
nem dabit, nec remissionem aliquam *ex l. ex conducto 15. §. si*  
*vis tempestatis 2. ff. locati,* habebit, propter jura societatis, quam  
ista sapit locatio conductio, secundum ea, quæ dicta sunt supe-  
rius. Idem dicendum est, si nihil de electione expressum,  
sed simpliciter, ut portio certa fructuum qui nascuntur, aut  
centum dentur, convenerint. In disjunctivis enim obliga-  
tionibus i. e. cum illa aut illa res in conventionem, aut  
in contractum deducitur, & promittitur, rei semper est  
electio. *§. si quis agens. 33. vers. ideo autem plus petere intelligitur.*  
*l. de Act. 1. plerumque 10. in fin. de jure dot.*

Th. XLI.

*Secundus Effectus* Partiaræ locationis & conductionis, in II. *Effectus*  
communicatione onerum realium consistit. In qualibet alia *est in comuni-*  
quidem locatione prædiorum, disceptatio est, quem realia *catione one-*  
sequantur onera, num locatorem, an verò conductorem? *ram real.*  
Et posterius per Gloss. in l. 2. *vers. fructus. C. de Annon. & tribut. Quem in alia*  
*l. Imperatores 7. ff. de Publicanis & vestigal.* communiter af- *quavis loca-*  
firmat *tione onera*

realia se-  
quantur?

firmant Dd. quos tamen Garfias *de expensis* c. 14. n. 18. & 19. ex eodem fundamento, ex quo id affirmare conantur, nempe quoniam talia onera fructus sequuntur, refutat; quod nempe ideo locatorem tenere debeant, quoniam is pensionem accipiendo. frui fundo jure censeatur. *l. non uitur* 38. & *l. quia* 39. ff. de *Usufr.* *l. prædiorum* 30. ff. de *usuris.* junct. *l. 13. de Impens. in res dot. fact.* *l. As qui dem* 2. C. de *annon. & tribut.* Ceterum cum hoc temperamento, ut colonos quidem pro oneribus & tributis conveniri posse, ex ratione *d. l. Imperatores*, concedat, sed ita, ut in partem mercedis sive pensionis, soluta locatori sint imputanda, tantoque minus conventæ pensionis solvendum add. J. O. Tabor. in *Comment. de contr. & jure Colon. ih. 49. & tract. de metat. p. 2. c. 3. ih. 19.*

Th. XLII.

In praxi ob-  
servatur.

Et hanc sententiam praxis tenet, & sequitur uti testis est Carpz. p. 2. *Const.* 40. d. 5. Richter. *dec.* 70. per tot. & *Specialiter* in num. 34. *ibid.* ubi & illustris Jenensium Collegii responsa adducit, Mev. *tr. de pensionariis qu. 4. à n. 42. per plur.*

Exceptio-  
nem patitur  
in Colono  
partrario  
qui de oneri-  
bus partici-  
pat.

Exceptionem autem Garfias *d. c. 14. n. 20.* in colono partiario facit, cui portio fructuum pro industriâ & culturâ conceditur, quod is ratione fructuum, pro quota vel parte suâ collectasolvere teneatur, per *l. si merces. §. vñ major.* Adde Scharch. *Cons. 11. de Contract. n. 11. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 9. tit. 2. n. 26. & seqq. & tit. 12. n. 4. & 21. Klock. de Contributionib. cap. 11. n. 171. & seqq.* Contrarium est apud Mev. *d. tr.*

Sumptus me-  
tatorum

*d. tr. qu. 4. n. 65.* qui tamen ipse aliud sentit. *ibid. n. 197. 198.* idemque de metatorum sumptibus, von *Einquartirungs- Ros- sten,* per easdem rationes, nec non de decimis per *c. 24. & 26. X. de decimis,* ut nempe & hæcce onera inter utrumque dividantur, erit dicendum, qua in re tamen cautione opus est. Vid. Mev. *d. tr. q. 4. num. 192. per plur. seqq.* Et decimæ quidem de utraque & coloni & locatoris portione, statim post separationem,

Decime



nem, & antequam dividantur sunt solvenda. c. 24. & 26. X.  
de decimis. Vincent. carroc. locat. Cond. part. 4. q. 39. n. 10. Va-  
lasc. de jur. emphyt. qu. 30. n. 15.

Th. XLIII.

Tertius partiarie locationis effectus est, quod propter  
communione fructuum, & quod inde jus retractus a non-  
nullis inducitur per consuetudinem. *Friderici, Sancimus s. feud. tit. 13. &*  
*duas seqq.* partiarie colonus, partem suam fructuum, potius  
domino fundi, quam extraneo teneatur vendere, si eam ven-  
dere sit animus; quemadmodum decisum ex *Rob. Marant.*  
*quest. legal. disp. 8. n. 32. & Joa. Sichard. in l. 1. n. 8. C. de dol. refert*  
*Richter 2. Vol. Consil. 17. n. 10.* Quod tamen de immaturis & non-  
dum separatis intelligendum puto. *Carpan. in Commentar. ad*  
*Constitut. Mediolan. 2. c. 382. n. 17. & c. 386. n. 1. & seqq.* Divisus enim  
fructibus, societatis cessat ratio, & plenè dominus eorum  
factus conductor, vendere cui velit, nullo jure prohibetur.

Th. XLIV.

Quartus effectus est, quod nullam tacitam, ut in alia condu-  
ctione prædiorum rusticorum, locator in fructibus pro pen-  
sione hypothecam habeat; cum ipsorum fructuum pro parte  
indivisa dominium ejus fiat. *l. 25. §. 6. ff. locati. junct. l. neque pignus*  
*4. ff. de Regul. Jur. l. si rem 29. ff. de pigner. act. l. ex sextante 30. in fin.*  
*ff. de except. rei jud.*

Th. XLV.

Quintus Effectus, quod Colonus partiarie, quia quoad  
suam partem, domini instar est, & fructus à quocunque per-  
ceptos sibi acquirit *arg. l. 1. §. 1. & l. cum duobus, 52. §. utrum 2.*  
*ff. pro socio.* de fructibus, etiam ante separationem à fure abla-  
tis, non solum furti actionem *l. si apes, 26. §. 1. ff. de furti, led &*  
condictionem furtivam habeat, quæ aliàs domino tantum  
competit, *l. 1. ff. de Condit. furti.* *Bachov. ad §. is verò ad quem 30.*  
*Inst. de R. D. Lockam. q. Justin. 149. in fin. Ludvv. ad d. §. is ve-*  
*ro ad quem.* Quamvis Ludvv. vel dictam sententiam dubio non

D

care-

III. Effectus  
quod colonus  
suam fructu-  
um partem  
Domino fun-  
di, præ alio  
vendere te-  
neatur.

IV. Effectus  
quod hypo-  
theca in fru-  
ctibus cesset.

V. Effectus  
quod Colonus  
partiarie e-  
tiam Condi-  
tionem furti-  
vam habeat.

carere aut, propter illa, quae habet Aegid. Hortens. ad d. §. Nema-  
pe per communia locationum jura ex l. cum in eo, §. messem 5.  
ff. locati. l. si apes 26. §. 1. l. si servus 61. §. locari 8. l. Fullo 82. §. Fru-  
gibus 1. l. si cuius 85. ff. de furt. Quibus tamen neglectis, colo-  
no partiario, quia instar loci est d. l. 25. §. 6. ff. locati. & pro  
parte sua instar domini, fructibus à fure defectis aut decerptis,  
non modo actionem furti, sed & conditionem pro parte sua  
tribuit Vinnius, ad d. §. vis vero ad quem, cum id ipse Paulus in-  
nuat, d. l. si apes 26. §. 1. de furtis, cum dicit colonū qui nummis colitis  
quibus verbis aliud in partiario dicendum esse significare ve-  
lit. Calonum nempe partiarium deceptis à fure fructibus, non  
modo actionem furti, sed & conditionem pro parte sua ha-  
bere.

Th. XLVI.

VI. Effectus  
quod fructu-  
um collectio  
fit domino  
denuncian-  
do.

Sextus effectus, quod fructus maturos Colonus partiarius  
antequam id domino fundi denunciaverit, separare & colligere  
non possit, (Carpan. in Comment. ad Statut. Mediolan. c. 382. n. 17. & 11. & seqq.) separatos quoque in agro, collectionis  
tempore, cum domino partiri, (Carpan. ad Statut. Mediolan.  
c. 382. n. 20. Vide Wehner. observ. pract. Voce Wiederkauflitz  
& Zinsf.) partemque domini, ad domum ejus avehere te-  
neatur. Sichard. in l. acceptam. 19. C. de Usuris n. 17. & Petr. de  
Ubalde. de duobus fratrib. p. 6. n. 15. & p. 3. n. 15. Nisi forte in di-  
versa civitate seu municipio habitaverint, dominus & colo-  
nus; quo casu ad aliam civitatem, fructus ferre non tenebi-  
tur. arg. l. pro locis. 6. & l. mediterranea. 9. C. de annon. & tribut.

Confer. Hector. Felic. de societate. c. 27. n. 51.

Th. XLVII.

VII. Effectus  
est in jure  
competen-  
tia.

Septimus effectus est, quod Partiaris colonus ex societatis  
jure, beneficio competentiae gaudeat. arg. l. 25. §. vis major.  
6. in fin. junct. §. sed & si quis. 38. Inst. de act. l. verum est. 63. pr. &  
§. seqq. ff. pro soc. atque ita inter alios mecum sentiunt Johann  
Vincent. Honded. Vol. 1. Consil. 85. n. 23. & Petr. Nicol. Mozz.

de Contract. tit. de societ. column. 4. n. 24. & Hect. Felic. tit. de Societ. c. 31. n. 37. Qui posteriores tamen, per savitiam dominorum, misellos rusticos carceribus mancipantium, & ad extremam miseriam redigentium, pluries contrarium contigisse testantur.

Th XLVIII.

Contraria conductioni partiariæ est dissolutio ejusdem; *Contraria in  
dissolvendi  
modis sunt.*  
cum autem quælibet locatio, stet conventionem contrahentium, & ad heredes etiam transferatur, tum conductoris. §. ult. Inst. de locat. l. sed addes. 19. §. ex conducto 8. l. cum in plures. 60. §. heredem. 1. ff. locat. l. viam veritatis. 10. C. eod. tum locatoris. l. qui fundum 32. ff. locati. l. nihil proponi. 120. in fin. ff. de Legat. 1. l. contractus 24. l. cum conductorem 29. C. de locat. hinc idem ad partiariam locationem transferunt Ant. Fab. ad l. 25. §. 6. ff. locat. Menoch. de adipisc. possess. remed. 3. n. 87. Conf. Joh. Vinc. Honded. lib. 1. Conf. 85. n. 16. & Mantic. de tacit. & ambig. conv. lib. 6. tit. 1. n. 13. Felic. de societate. cap. 32. n. 7. ubi rationem addit hanc, quod inter dominum & colonum partiarium vera contracta societas dici nequeat. *An' partia-  
ria locatio  
morte solva-  
tur?* At in contrarium Conductionem & locationem partiariam, morte alterutrius, ut aliam quamlibet societatem finire, nec ad heredes transire, alii arg. l. 25. §. 6. ff. locat. junct. l. Societatem 4. §. 1. l. cum duobus 22. §. idem 9. l. verum est 63. §. ult. l. Actione 65. §. morte. 9. ff. pro soc. sentiunt. Abb. in c. propter de locat. n. 14. Gail. lib. 2. obs. 23. n. 14. Franz. tit. locati, n. 132. Cui consequens erit, novâ cum herede opus esse conventionem, sive is universalis sit, sive particularis. arg. l. nemo 35. l. plane. 37. l. heres. 50. l. adeo 19. ff. pro socio. Quamvis mihi mediâ placeat sententia, & ad perlonam ipsius coloni, cujus maxime spectatur industria, hæc omnia restringenda videantur, propter rationem, quæ est in §. solvitur. 5. Inst. de societate. Quod locator magis conductoris personam, quam conductor locatoris elegisse videatur.

deatur, nec interfit conductoris, qualem habeat locatorem si rem habeat, interfit autem locatoris qualem habeat conductorem, unde morte quidem conductoris, cuius diligentiam & curam probaverat locator, non verò locatoris, hanc solvi locationem dicendum erit; nisi dominus, nullâ habitâ personâ ratione, locasse fundum probetur; quo casu communi locationum iurè, in hæredibus quoque staret conductio. Sanè si expressè hoc actum fuerit, ut colonus ipse suâ operâ & industriâ fundum coleret, quin morte coloni solvatur, minùs dubii habet. *arg. l. 31. ff. de solut.*

Th. XLIX.

An locator  
vel colonus  
partiaris  
renunciare  
possit con-  
tractui?

Sed quid de renunciatione statuendum, an locatori atque conductori, renunciatione non dolosâ, hanc locationem in plures annos contractam, dissolvere licebit? Et magis est ut affirmetur: Cum enim renunciationis par in utroque contrahentium ex societatis iurè sit ratio, nempe ne fructuum communitio, & faciendâ in agris divisio, discordiæ sit materia, si invitum teneat, *l. 77. §. de legat. 2. merito ex hac & quavis alia iusta causa l. si con venerit 14. in fin. cum seqq. ll. 15. & 16. l. Actione. 61. §. Item 6. ff. pro soc. poenitentia in utroque locum habebit, quamvis, longiora in conventionè sint præfinita tempora. d. l. 14. l. Nulla 70. ff. pro soc.*

Th. L.

An colonus  
ob indigen-  
tiam locato-  
ris expelli  
possit?

Frustra ergo in Colono partiaris, quæstio erit: Num eundem, ob propriam indigentiam, locator aut universalis successor expellere possit? quod Sichard. *ad l. ædem 3. C. locat.* negat. Nam cui penitere licet, ei effectu etiam expellere per poenitentiam licebit. anno nempe finito, & re coloni integrâ, ut tempestiva sit renunciatio. *d. l. 14. l. 61. §. diximus 3. ff. pro soc.*

Th. LI.

An singula-  
ris successor

Frustra item est dubitatio: An singularis locatoris successor, partiarium conductorem expellere possit, cum hæc loca-

locatio conductio personas non egrediatur, nec ad alios colonum pos-  
transferatur, nisi nova secundum societatis jura, intercedat *fit expellere?*  
conventio, l. Plane si 37. ff. pro soc. l. Heres socii 40. eod. nec quo-  
que aliàs ullam locationis conventionem, singularis rei suc-  
cessor servare teneatur. l. 9. C. de locat. Quod si tamen intem-  
pestive expellatur, ea de re, ex conducto actionem, adver-  
sus locatorem habebit l. 25. §. Qui secundum 1. ff. locati. Carpz.  
p. 2. c. 37. d. 5. & lib. 5. respons. 17.

Th. LII.

Illud quæri adhuc poterat: An colonus intra tempora *An alium*  
definita alium æquè idoneum substituendo, a contractu reli- *substituere*  
lire possit? Quod quidem, quatenus absque intuitu persona- *possit colon.*  
lis coloni modestiæ & industriæ, aut sine pacto de ipsius in co- *partiarium?*  
lendo operâ, locatio facta est, licere dicendum erit, arg. l. 6.  
C. l. 7. ff. locati: quatenus autem tali intuitu facta est locatio,  
rectè negatur. arg. l. 31. ff. de solut. Tabor. de admodiat. membr.  
2. c. 5. n. 1. in fin.

Differentiam a cognatis conventionibus nec non af-  
finia partiariæ conductionis omitto, cum hujus cognita na-  
tura differentiam ipsa ministret; nec affinium aut cognat-  
ionem habentium expositio, hujus naturam per se de-  
claret, sed ad specialem & separatam tractationem  
pertineat. Quam bono cum Deo aliotem-  
pore exhibendi occasio erit.

T A N T U M.

In Th. IV in fine  
Benevolus lector, incuriâ quâdam omiſſa,  
ita restituet:

Nec enim sufficit, ut portio fructuum mercedis loco præstetur,  
sed ut à colono præstetur domino, pro usu fundi locati. Hoc autem  
casu &c. Cætera benevolentia lectoris ipsa corriget.

## COROLLARIA

I.

Conductor quidem ad levem culpam præstandam tenetur, non tamen ad levissimam, multò minus ad casum fortuitum.

II.

Proinde si incendio horrea aut ædificia alia consumpta fuerint liberabitur, nisi ejus culpa contigisse, à locatore fuerit probatum.

III.

Si tamen periculum rei in se suscepit conductor, etiam casum fortuitum præstare tenebitur.

IV.

Non tamen, si ad periculum vel casum se obligaverit, etiam ad insolitum se obligasse, dicendus erit.

Partibus, ut partem capiat, colit arva colonus,

Et partem fructus dat dominoque suam.

Jura sacrata colis, juri sacrate Colone,

Partibus ut justis reddere jura queas.

Ipla colens tales legum, Themis alma, colonos,

Partibus ex æquis præmia digna dabit.

*Hisce, de egregio eruditionis specimine Pereximio*

*Domino Respondenti Amico suo honorando*  
*gratulari voluit.*

PRÆSES.

FINIS.

ULB Halle

3

005 132 541



WMA







1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250

Farbkarte #13

B.I.G.

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

NIPAR-  
I JURA, <sup>1680, 14</sup>

nuente gratiâ,  
permissu  
E FACULTATIS  
RIDICÆ,  
in  
Academiâ Jenenfi,  
ÆSIDE  
IO Rämpffer/J.U.D.  
NNO M DC LXXX.

*auditorum examini*  
*publicè subjiçiet*  
A. & R.  
IANUS Schulz/  
ov. Mecklenb.

E N Æ,  
n. Jacobi Bauhoferi.

